

lia per suam naturam, aliàs frustrà fit operatio in hac arte. Et si solutum fuerit, præparatum est opus Alchimi-
cum, multipliciter, congaudebit.

Hic subalternantur scientiæ naturales, quod in solu-
tione consistit pariter operando. Sori in Distinctione
vndecima: Regiminis initium est perfecta solutio: vt au-
tem corpus rarescat, & sicut spiritus tenuissimus fiat, o-
portet eos dissoluere: corporum autem regimē, vt præ-
dixi, est solutum.

Alphidius: Argentum autem viuum, quod ab eo cor-
pore nigro extrahitur, est humidum album, & à cortici-
bus mundum ne opus pereat. Motienes: Scire te con-
uenit, quòd fumus albus est anima & spitus illorum
corporum solutorum: & certè si fumus albus non fu-
set aurum, ibi Alchymia non fuisset. Rosarius: Hic est
Mercurius noster nobilissimus, & Deus nunquā creauit
rem nobilioře sub cœlo, præter animam rationabilem.

Hermes Rex Græcorum: Corpus solutum est aqua
perennis, congelans Mercurium perpetua congelatio-
ne. Hippocras: Corpora vbi quis vult purgare, oportet
fluxa facere. Nigredo putrefactionis durat secundūm
quosdam quatuor diebus vel quinque. Senior: Prima
clavis est humorū extractio & pinguedinis, cuius sunt
hæc signa, scilicet nigredo superabundans, qua con-
sumpta iam anima est in aqua. Albertus: Nisi anima
corpus suum exierit, & in cœlum sursum ascenderit, ni
hil proficies in hacarte. Parabola Senioris de tinctura
alba: Si parentes dilecti mei de vita gustauerint, & lacte
mero lactati fuerint, & meo albo inebriati fuerint, & in
lectulo meo nupserint, generabunt filium Lunæ, qui
totam parentelam suam præualebit: & si dilectus meus
de tumulo rubeo petræ portauerit, & fontem matris
suæ gustauerit, & inde copulatus fuerit, & vino meo ru-
beo: & mecum inebriatus fuerit, & in lecto suo mihi a-
micabiliter cōcubuerit, & in amore meo sperma suum
cellulam meam subintrauerit, concipiam, & ero præ-
gnans, & tempore meo pariam filium potentissimum,
dominantem & regnantem præ cunctis regibus & prin-
cipibus terræ, coronatum aurea corona victoriæ, ad o-
nnia à Deo altissimo, qui viuit & regnat in seculorum

Q. q. 4